iustitiae seruimus tibi in tribulatione in uigiliis
in ieiuniis in elemosinis nec separauit nos ali
quid a caritate tua. Tunc iudex iustus ihu
xps reddet unicuique secundum opus
suum et regnabit iustus secum in perpetuum in saecla saeculorum amen

IN NOMINE DEI SUMMI

Primum quidem decet nos audire
iustitiam deinde intellegere,
Post intelectum reddere fruc
tum doctrinarum debemus; sicut
apostolus dicit, NON auditores legis iustifica
buntur. sed factores, Ideo non cessamus
legem implere quia futurum est nobis mor
tem gustare quemadmodum uitam gustauimus
ut propheta cantauerat, quis est homo qui ui
uit et non gustauit mortem. Sed quemad
modum mors in adam data est. Ita domi
nabitur in omnibus filiis eius, Et in fine uitae uni